



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& de Collegio Patauino. 200

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

pro ea preces nuncuparet : prius id se comperisse, quam litteræ resignarentur, respondit: eamque de cetero sui securam inter cælitates iam incolere. 200 Paulus deinde Pontifex tertius, Collegio Patauino addixerat reditus à Cœnobio S. Magdaleneꝝ annuos. Eo in negotio curabat fortè Veneriis Laines, & compertis vndique difficultatibus, magnique nominis aduersariis absterritus, dedit ad IGNATIVM litteras: monuitque vt pro re desperata sacrificaret: nam humanæ opis reliquum nihil videri. Gessit morem roganti Pater: ipsoque Magnæ Virginis natali fecit: & bonum animum habere iusso, rescripsit: nam id pro certo, quod vellet, impetrasse. Octaua dein' luce, cum omnium admiratione, quos Rei illius publicæ consuetudo non fugeret, res habuit euentur.

201 Hanc